IOANNIS MONACHI PICARDI CARDINALIS AC VICECANCELLARII APOSTOLICI

In Sextum Librum Decretalium

Dilucida Commentaria

GLOSSA AVREA NVNCVPATA:

ADDITIONIBVS CLARISSIMI I. C. PHILIPPI PROBI BITVRICI
in ſupremo Pariſienſi Senatu Aduocati illuſtrata,

Et à pleriſque, quibus antea ſcatebant mendis expurgata, atque ſuo priſtino nitori, quàmdiligentiſſimè reſtituta.

Cum Summariſs, & Indice rerum ac verborum locupletiſſimis.

Num 47. Cy. 3. num. 10.

VENETIIS, Apud Iuntas. M D LXXXV.

2294

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO [illegible]

D. IOANNIS MONACHI CARDINALIS.

OLIM AVINIONENSIS PRO SEDE APOSTOLICA LEGATI DE LATERE, ET DEMVM CVRIÆ ROMANÆ VICECANCELLARII.

Gloſſæ aureæ.

Super Sexto Decretalium Libro.

Nuper maxima cum diligentia recognitæ, & integritati ſuæ reſtitutæ.

CVM ADDITIONIBVS PHILIPPI PROBI IVR. PONT. INTERPRETE. & Pariſienſis Aduocati celeberrimi.

SVMMARIVM.

D. Io. Mo. Card. & vicecancellarij Romani.

1 *Cauſæ ſunt quatuor: duæ eſſendi, vt materia, & forma. Et duæ fiendi, vt efficiens, & finis. & finis eſt cauſa cauſarum in intentione: ſed effectus cauſarum eſt in executione.*
2 *Nihil eſt cauſa ſui ipſius.*
3 *Arithmetica ſibi ſubalternat muſicam, & ſcientia iuris ſubalternatur ſeu ſupponitur Ethicæ, quæ eſt Philoſophia, & Ethica vnde dicta.*
4 *Corpus monaſtica abſurdum eſt vt eleuetur ad communem.*
5 *Vbi ſiſtit naturalis Philoſophus ibi incipit medicus. & medicus non facit hominem ſed hominem ſanat.*
6 *Naturalis philoſophia & medicinalis ſcientia eſt practica, & omnia non dicitur in omnibus ſed quælibet ſit ſuis terminis contenta.*
7 *Scientia ſubalternata quandoque trahit totum ſubiectum, quandoque per unum & vnam ſcientia ſibi ſubalternat aliam.*
8 *Bonum ciuile & ciuium directionem dicit eſſe materiam iuris ciuilis.*
9 *Cauſa formalis duplex eſt: videlicet forma tractandi, & forma tractatus. Et forma tractatus idem eſt quod diuiſio. Et forma tractandi eſt modus agendi, qui eſt multiplex: videlicet narrationis, poſitionis, deciſionis ſeu declarationis, reprobationis, modificationis.*
10 *Doctor dictus eſt à docendo: & docere idem eſt quod demonſtrare. & ibi quod Bonifacius doctor eſt bonifaciens, vel à facia, id eſt figura.*
11 *Bonifacius ſignat bonum quod eſt triplex, ſcilicet honeſtum quod ad morum reformationem: vtile quod ad cauſarum deciſiones, & delectabile quod ad illuminationem intellectus.*
12 *Papa eſt interiectio admirantis. Et ipſe habet nomen à re: quia admirabilis eſt intelligentia: & efficaciſſimæ eloquentiæ & Papa dici debet, & dicitur Papa, id eſt pater patrum.*

SVMMARIVM.

D. Philippi Probi.

1 *In principio cuiuslibet operis in Deo & Chriſto debet fundamentum fieri.*
2 *Deus eſt cauſa prima: & omnis cauſa prima eſt maior & nobilior ſuo cauſato.*
3 *Propter honorem Dei aſſeritur interpretatio teſtamenti.*
4 *Oris apertio eſt in Dei non hominis poteſtate.*
5 *Sermo ſcriptus in cartis perpetuo manet.*
6 *Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis.*
7 *Sapientia dando ſi largior, retinendo minoratur.*
8 *Triſte eſt diuiti abſque herede decedere.*
9 *Inuentis inueniendo non obſtant.*
10 *Soli reprehenſione carent qui nihil ſcribunt.*
11 *Commendandus eſt qui plures oculos & plures aures habet.*
12 *Mortales quidem quod capere non poſſunt facile deſpiciunt.*
13 *Scire eſt rem per cauſam cognoſcere.*
14 *Scientia infert veritatem de neceſſitate.*
15 *Scientia eſt infallibilis notitia veritatis, quæ habetur duobus modis.*
16 *Scire eſt vehementer opinari.*
17 *Scientia non eſt niſi verorum.*
18 *Tuſtis credens dicere verum, ſi dicit falſum eſt periurus.*
19 *Scire eſt rem probabiliter cognoſcere. Et non dicitur ſcire qui neſcit rationem reddere quam numeris.*
20 *Duplex eſt ratio, directa videlicet, & inflexa.*
21 *Per legem ſcriptam impoſſibile eſt omnes caſus comprehendere.*
22 *De quolibet producto duplex habetur conſideratio.*
23 *Facilius per partem in cognitionem totius adducimur.*
24 *Ex ordine ſcribendi aut docendi facilius doctrina percipitur.*
25 *An quis teneatur ſcire vel non.*
26 *Generalia principia oportet hominem ſcire, aliàs eſt ſine intellectu.*
27 *Interrogatus de fide quid teneatur reſpondere.*
28 *Quis dicatur ſcire.*
29 *Vehementer opinio dicitur tranſire in ſcientiam.*
30 *Experto in arte creditur.*
31 *Homines contra bonum non dicuntur generali.*
32 *Quis præſumatur ſcire.*
33 *Præſumptio iuris & de iure eſt magnæ importantiæ, & appellatur præſumptio legum, quæ dicitur liquidiſſima probatio, & etiam appellari poteſt ſententia legis.*
34 *Semper in depoſitionibus à conſcientia & ab animo alicuius non ſtatur iuramento.*
35 *Eccleſia quando iudicat de occultis.*
36 *Quis præſumatur ſcire.*
37 *Teſtium ſeu valorem veſtium quis præſumitur ſcire. Peritiores conſulere habet, etiam ſi ruſticus ſit.*
38 *Ignorantia quando præſumatur in facto proprio.*
39 *Litera, & non copia parti credere tenetur.*
40 *Modus executionis citationis per copiam aſſignatam, etiam ſi citatio procedat à camera contradictarum.*
41 *Qualiter dicatur ſcire.*
42 *Audire & ſcire debere ſunt paria.*
43 *Quis ut bonus cum conſummatis.*
44 *Magna ædificia generoſi ſunt & magnifici conſtructoris indicia.*
45 *Omiſſio verborum ſubſtantialium vitiat actum: ſecus ſi ſunt de ſolemnitate.*
46 *Semper debet inſpici cauſa proxima, non remota.*
47 *Finalis cauſa quæ dicatur.*
48 *Quandoque eſt productum, quærimus de materiali cauſa & formali.*
49 *Cauſa materialis eſt duplex: ſcilicet videlicet, & inſecta.*
50 *Ordo quandoque dat naturam rei, & conſeruat eam in eſſe.*
51 *Ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis.*
52 *Rationabiliorem naſcitur maxime naturalis: & omnem legem humanam antecedit.*
53 *Ratio naturalis non circumſcribitur loco, quando ipſa cum humano genere nata eſt à principio.*
54 *Mouere eſt nobis à natura, quia natura non nobis propoſuit.*
55 *Ratio eſt ſicut organum ad omnem ſcientiam practicam vel ſpeculatiuam.*
56 *Actio dicitur in operatione manente in ſuo agente.*
57 *Infirmus non quærit medicum eloquentem ſed curare ſcientem.*
58 *Non prodeſt integritas eloquentiæ, quam non ſequitur intellectus audientis.*
59 *Ioan. Mo. prædi. Card. fuit glorioſus monarcha huic regibus tempore Bonifacij. VIII.*
60 *Bonifacius VIII. ante Papatum vocabatur Benedictus.*

Bonifacius Octauus Reg. LXXXVI.

¶ Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, &c.

DAMNVM. Pone caſum hoc lib. de preb. ſi clericus ff. de procura. l. qui proprio. § procurator. ver. pœnam. & ff. pro ſoc. l. ſi duobus § pen. & vlti. & l. ſequ. & dic vt ff. eo tit. l. quod quis ex culpa.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXXVII.

¶ Infamibus portæ non pateant dignitatum.

SVMMARIVM.

1 *Fama eſt illæſa dignitatis ſtatus.*
2 *Opinio promouendi in nullo debet vacillare.*

INFAMIBVS. Pone caſum. C. de dignitatib. l. neque famoſis. lib. 12. & 1. diſt. tantis. Daniel. & de accuſatio. omnipotens. Et eſt ratio, eſtimatio, ſeu fama † eſt illeſæ dignitatis ſtatus. ff. de var. & extraordi. cognitio. l. cognitionũ. § 1. & ſic promouendus ad dignitatem non debet habere famam læſam. Etiam † opinio promouendi in nullo debet vacillare. & de teſtib. c. fina. 33. diſt. c. laici. arg. ff. de muner. & honor. reus. 1. reſpon. & & de colluſio. c. 2. Et dic de infamia iuris, & facti, vt Azo in ſumma. C. ex quib. cauſ. infa. irroga.

(margin markers: 1 beside "nipotens. Et eſt ratio"; 2 beside "famam læſam. Etiam"; a beside "infamia iuris")

ADDITIO PROBI.

a IVRIS ET FACTI. Dic etiam aliam duplicem reperiri infamiam, vna eſt quæ immediatè trahit originem a delicto, & teſtis tali infamia notatus (etiam emendatus) repellitur in cauſa ciuili.

Alia eſt quæ nõ trahit originem immediatè a delicto, ſcilicet a carceratione, vel alia ſimplici cauſa. & iſta non repellit. Doct. in c. teſtimonium. & de teſti. Alex. conſi. 32. circa ſi. viſo proceſſu. vol. 2.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXXVIII.

Certum eſt quod is committit in legem, &c.

a CERTVM eſt. Pone caſum. & de electio. auaritiæ. & & de contrahen. empt. ad noſtram. & C. de agricol. & cenſi. l. quemadmodum. lib. 11. & not. ff. de legib. contra legem. & l. ſeq. & & de priuileg. quanto. & 14. q. 3. c. plerique.

ADDITIO PROBI.

a CERTVM. Dic vnum pro comprobatione horum quæ hic dicuntur quòd ſpurius purè inſtituatur, & grauetur de reſtituenda hæreditate Regi Franciæ, vel Angliæ, aut alteri, ad cuius notitiam veriſimiliter de facili non deueniret, & dato quòd deueniret, tamen de facili veriſimiliter ſe non intromitteret, quòd hoc caſu talis inſtitutio & diſpoſitio non valet tanquàm facta in fraudem legis, & ſic ſpurius habeat id quod de iure habere non poteſt, per ea quæ habentur in l. contra legem. & in l. fraus. ff. de legib. & in text. noſtro. not. Bald. in l. hac ediċtali. § omni. C. de ſecun. nupt. Iſta eſt doctrina Io. Imo. in l. in tempus. ff. de hæredi. inſti. quem refert Alexan. conſi. 201. nu. 8. perſpectis verbis. vol. 6.

LAVS DEO.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Quaterniones præter E e e, quę eſt Ternio.

VENETIIS, Apud Iuntas. M. D. LXXXV.